

Quod adeo verum est, ut in ista observantia declaratoria non requiratur prescriptio, sed sufficiat ita aliquando fuisse observatum, ut expressè docent Zas. Molina de Medrano, Gutierrez, & Joseph. Ludovic. ubi supra Burgos, de Paz dict. l. 3. Tauri, num. 215. ubi ajunt, hoc absque dubio procedere, si per decem annos ita fuerit observatum. Berolus cons. 94. n. 13. lib. 2. & Valenzuela dict. cons. 53. num. 11. ubi trahunt, hanc consuetudinem, sive observantiam induci ex unico actu, etiam si super ipsa judicata non fuerit; nam tamen solitum dicitur quid ex sola una vice, I. Mella, §. sed si alimenta, ff. de alim. & cibar. legat. ubi Bart. Curtius Junior cons. 19. num. 4. Angel. & Paul. de Castro in l. consentaneum, C. quomodo & quando iudex, Cazad. cons. 23. n. 5. & Cephal. d. cons. 28. n. 31. vol. 1.

Cuius tamen consuetudinis, & observantiae, etiam in alienationum materia, magnam vim, & autoritatem esse Doctores fatentur, inde tamen comunitate deducentes, Reges vel Barones, aut Ecclesia Prælatos, qui juxta consuetudinem contrahunt, vel alienant, aut in feundum concedant, recte facere, & impediri non posse, cap. 1. ubi omnes, qui feud. dare possint. Gloss. & DD. in c. 2. de feudis, Gloss. in c. 2. 24. q. 1. Guido Papæ dict. 560. Narta cons. 367. num. 6. Socin. Junior cons. 94. n. 29. vol. 2. Calderon. cons. 11. in rit. de feudi, col. 1. Alex. cons. 40. col. fin. & cons. 92. col. 2. vol. 6. Paul. de Castro cons. 146. col. 2. & plures alii, quos refert, & sequitur Roland. à Valle omnino videndum cons. 1. ex n. 81. ad 87. vol. 1. Et vide alia plura que de hac consuetudine, sive observantia interpretativa tradimus infra. lib. 3. c. 1. n. 25.

Quinto, & ultimo factu, quod cum Romani Pontificis dignitas, & sapientia per se, ut diximus, maxima, & potentissima sit, ut ejus factis, & decisionibus stare debeamus, tunc vero ex eo illis tamen magis securè assentiri tenemur, quod certum sit ardua, dubia, vel gravia negotia, numquam sine illustrissimum Cardinalium & aliorum sapientissimum virorum consilio discertere, expedire, aut declarare solere, quos ad hanc sibi tanquam coadjutores assumit, c. per venerabilem, §. sunt autem, qui filii sint legit. c. fundamenta, & electi lib. 6. ubi Joan. Monach. Dominic. Joan. Andr. & alii, Abbas in cap. quasivit, num. 3. de his, qui sunt à major. part. Capitulo. Paul. Castrens. in l. 1. num. 5. ff. de legibus, & plures alii quos refert, & sequitur Riminal. cons. 689. num. 72. & cons. 738. num. 9. Roland. à Valla cons. 2. num. 101. vol. 1. Benincas. in tractat. de consti. q. 7. per tot. Anton. Cardos in Report. verbo Papa, num. 5. Joan. Garcia in tractat. de nobilit. glos. 24. num. 2. & glos. 48. n. 52. Menchaca lib. 1. controversi. illustr. c. 23. Cevallos 1. tom. præt. commun. q. 645. num. 1. Mora. la in emporio juris, 1. par. q. 1. & 2. & Cardin. Paleotus omnino videndum d. tract. de sac. consistor. 1. p. q. 3. ubi conatus ostendere, tamen sumnum Pontificem etiam cum potestatis plenitude uitit, Cardinalium consilium in ejusmodi rebus requirere, debere, idque iure divino, naturali, & gentium probari, & in libro cærimoniali, sive rituum Ecclesiasticon S. R. E. passim adverte: ac præterea tamen de hac re olim ab Ip. 94

- num. 83. & Valenzuela d. monitor contra Venet. p. 6. num. 97. & 98. pag. 367. Papa si nolit non tenetur de necessitate, fratrum Cardinalium consilium petere, neque tamen contrarium præcise consuetudine induci posset, quia esset præscribere contra supremam potestatem Papa contra quam, ut idem Doctores advertunt, nulla currit præscriptio, juxta text. & ibi notata in cap. cum non licet, de prescript. & doctrinam Innocentii communiter receptam in cap. bone, el 2. de postulat. Prelator. Franc. Marc. 2. part. dict. 1297. n. 5. & 6. Balbum de prescript. 2. p. 5. princip. q. 2. num. 3.
- Necnon tamen, quia in dicta Bulla apponitur clausula: Ex certa scientia, qua virtutaliter præcedentem includit, & Pontificem certiorum esse præsupponit de omnibus, quia illum movere possunt ad negandum, aut concedendum alter enim non diceretur concedere ex certa scientia, sed per ignorantiam, & subceptionem, cap. titubil. de electione, cap. Pastorali, §. præterea, ubi Abb. num. 4. de offic. delegati, cap. ciam olim, de sent. & ne iudicata, l. 1. C. si seruus, aut liberatus ad D. curionat. cum plurimi alii, qui latè congerit Vital. de Cambanis in tract. claudizrum, pag. 23. & Cardinal. Tusch. præt. consil. jur. litt. C. consil. 340. & seq. Quod etiam tamen importat clausula altera, De plenitudine potestatis, qua in eadem Bulla proponitur, qua nunquam uti Pontifex solet, nisi cum cause cognitione, altera quām si plenē de negotio fuerit informatus, ut tradit Aretin. cons. 163. num. 13. Felini in cap. que in Ecclesiaram, num. 66. vers. Sexto limita, de constitution. Tirac. in tract. res inter alias acta, limit. 7. ad finem, & plures alios allegans Ferret. cons. 31. num. 31. vol. 1. Cravet. cons. 241. vers. Quarto respondet. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 26. & seq. Menoch. cons. 1. num. 426. Tusch. sup. conclus. 342. & Marta de clausulis, 1. part. clausula 259. n. 13. & 14.
- ## CAPUT XXV.
- De iuribus, ac rationibus, quibus Apostolica Sedes curam, & facultatem convertendi, & acquirendi Novi Orbis Hispanie Regibus potius, quam aliis inducerit: & cur etiam quoscumque alios Reges, Princes, aut privatos ad eundem Orbem accedere, vel ejus maris navigare vetuerit?*
- ## SUMMARIUM.
1. Alexandri VI. donatio a columnis invidorum defenditur.
2. Ecclesia est columna & fundamentum veritatis.
3. Pontifex Summus per se ipsam provincias Novi Orbis conquiri, & convertire novi potius, non debuit, Et quare.
4. Ecclesiastici regulariter se militaribus expeditionibus immiscere non debent.
5. Princes Christiani Dei, & Ecclesie ministri sunt.
6. Cap. Princes 23. quest. 5. & similia exornantur.
7. Pontifex gladium materialiter habet, nutu, Imperijsu, miles usu, ex D. Bernardo.
- Tom. I. in Ind. jure.
8. Pontifex potest insidiolum conversionem, & conqueritionem Principibus secularibus non solam committere, sed & præcipere.
9. Regibus Catholicis potius quam aliis conversione & conquistio Novi Orbis ab Ecclesia committi debuit, Et quare, Et n. 1.
10. Hispanie Reges pro ceteris potentia, & commoditatibus pollent ad Novi Orbis regionis conquerendas, & convertendas.
11. Auditors recensentur, qui Catholicis Regibus conquestione Novi Orbis potius concedi assertur.
12. Deinde summa providentia intervenit in Novi Orbis conversione, Regibus Hispania potius quam aliis concedenda, Et quare.
13. Hispani Reges, & homines pro ceteris zelo puritate, & cultu Christiano Religionis flagrare nesciunt.
14. Reges Gallie, & Anglia cur a Deo vocati nos fuerint ad Novi Orbis conquestiōnem, & conversionem.
15. Hæreticorum omnes conatus circa Novum Orbem turbandum, & occupandum hactenus evanuerunt.
16. Infideles plures ab Hispanis in Novo Orbe ad Fidem rediti sunt, quam in omni Europa per hæreticos ab ea alienati.
17. Hæretici Deo valde exosi sunt, & a Fidei propagatione temper exclusi.
18. Hæretici labriscas potius, quam veras vites novis Ecclesiæ plantationibus inserunt.
19. Hæretici solam valent ad corrumpendas, & perimenias animas, non ad salvandas.
20. Hæreticos cur omnibus infidelibus deterioriores esse dicat D. Hieronymus.
21. Hispanie Reges deportari videntur ad Fidem defendendam, & exterrandam.
22. Genebrardus agnoscit Hispanorum opus esse expugnare Infideles & Paganos.
23. Stanislai Ottii ingens encomium de Fide, & Religione Hispanorum.
24. Reges Hispanie, etiam nolentes, invitandi essent ab Ecclesia ad Novi Orbis conversionem.
25. Reges Hispanie jam pridem Christianissimorum nominantur.
26. Galli Reges ratione Imperii quod olim haberunt, discutunt Christianissimi.
27. Catholicorum titulus quando ab Ecclesia Hispanie Regibus dari coepit.
28. Hæretici vocari, Catholicam; in Ecclesia ferri non possunt.
29. Reges Hispanie appellantur Orthodoxi, & Defensores Fidei.
30. Reges Catholici Hispanie gaudent virtute expollendi demones & corporibus obsecrorum.
31. Reges Gallie, & Anglia habere dicuntur virtutem curandi struimus.
32. Anglie Reges annulos benedicunt, qui morbum comitalem deplicant.
33. Reges Hispanie etiam habent virtutem curandi struimus, ut Reges Gallie & Anglia.
34. Reges Hispanie sacro oleo tempore coronationis inauguri solent.
35. Unionis pars omnes Reges Christiani sibi usurpan.
36. Hæretici negant potuisse Pontificem a conquistione & conversione Novi Orbis alios Reges excludere.
37. Princeps omnes Christiani curare debent Fidei propagationem.
38. Commercium de jure gentium inter omnes communio est.
39. Maris usus, & navigatio cuiilibet communis, & libertas esse videtur.
40. Hispani injusse videntur alios navigatione maris Indici prohibere; Sed contrarium, num. 63.
41. Indi videtur dannum pati ex eo quod alii præter Hispanos ad eos accedere prohibeantur.
42. Terra omnium communis mater est, & esse debet secundum Apolonium.
43. Sumnum Pontificem relè potuisse alios Reges præter Catholicos ab Indiarum conquistione excludere, ve-

- rius sententia est, & qui eam probent, etiam per interposatas personas in Novo Orbe praehibentur.
- 44 Animarum conversionis cura praecipue spectat ad Summum Pontificem.
- 45 Papa potest pro arbitrio suis disponere modum, & formam conversionis infidelium.
- 46 Papa est velut praeceps motor conversionis infidelium.
- 47 Reges sunt velut organa, & instrumenta, ut conservant non posset, si promiscuit in eamdem conversionem, & conquisitionem intendenter.
- 48 Castilla, & Lusitanie ob conquisitionem Indianorum plures similitates habuerunt.
- 49 Apostoli propriae, & distinctas provincias sortiti sunt, & unusquisque, Dico. Paulo excepto, in sua summatas predicavit.
- 50 Diocesis, & Parochie distinctos limites habent.
- 51 Multitudine ubi est, ibi & confusio.
- 52 Homini ad dissentientem faciliter naturalis est.
- 53 Indi non possunt congruent in Fide edoceri, si diversarum nationum gentes hoc ministerio fungentur.
- 54 Provincia unaquaque abundat in sensu suo, & habet pecuniales conditiones, & affectiones.
- 55 Communio solet discordia generare.
- 56 Nationes diversae aliae aliis opposita sunt.
- 57 Nagititia pluribus commissa regnus expeduntur.
- 58 Multitudine mississorum onerosa potius, quam utilis esse solet.
- 59 Negligitur quod communiter possidetur.
- 60 Lex 2. C. quando, & quibus quartis pars debeatur exercitatu.
- 61 Communione rerum omnium qui in Republica utilitas esse putant, reprehenduntur.
- 62 Pontificis prohibitione interveniente non est licitus in alienis terminis predictore.
- 63 Commercium est commune, ubi ab aliis prius legitimè preventum est.
- 64 Ecclesia, & Fidei bonum qua generaliter respiciunt, ceteris preferuntur, qua specialiter quibusdam utilia sunt.
- 65 Preceptum divinum curandi animarum conversionem preferunt illi, quae iure gentium dimicant.
- Dom. Doct. Ant. Pichardas Univers. Primarius Salmant. & Pintianus Senator, laudatur, ibid.
- 66 Fera, & pisces licet iure gentium capiuntur sunt; falso tamen ubi captiuntur in loco ab alio prescripto, vel legitime posse.
- 67 Mercatores extranei, & peregrini bene possunt ingressu, & commercio nostrorum provinciarum prohiberi.
- 68 Indorum major utilitas in exterris mercibus comparandis non est considerabilis, respectu damnorum, que ex commercio extraneorum recipere possent.
- 69 Commerce, & armorum transportatio, cum Barbaris, & infidelibus prohibentur, ubi aliquod dannum timetur.
- 70 Prohiberi quis potest ne accedit ad locum in quo timeret, quod injurious vel tumultuosus esset.
- 71 Excommunicationis censura que imponitur in Bulla Alexandri VI. transcurrentibus sine licentia Regum Catholicorum, iusta est, & legitima.
- 72 Excommunicatione, uscile, & validè ferri possit, quae restringuntur.
- 73 Excommunicatione ut liget, necessarium est, quod auctoritate promulgata sit, & quod non possit insinuabiliter ignorari.
- 74 Excommunicationis pena contra extraneos transeuntes vel navigantes ad Indias, omnibus nota est.
- 75 Schedulis plurimis alienigena omnes, atque etiam Hispani rina Regis licentia ad Novum Orbem transire prohibentur.
- 76 Hispani ad Novum Orbem sine licentia transeuntes non incurvant consueta Bulla Alex. VI. & quare.
- 77 Censuram rigor, & vigor abrogari, & enervari solet per contrarianam consuetudinem.
- 78 Schedula novissima tremendum penam damat eos, qui ad Novum Orbem sine licentia transeuerunt.
- 79 Extraneorum qualibet commercio, & negotiatione

- It nos, ead. causa, & q. c. displicet, e. non inventar, e. quando, cum aliis 23. q. 4. & S. Bernard. lib. 2. de considerat. ad Eugen. quem citant Abb. Andr. Sicul. & alii DD. communiter in e. novit, puritatem, & ardente divinitate religionis zelum, & cultum, quo semper flagrasse noscuntur, ut prater alios ostendit Luc. Mariana Sicul. de reb. Hipp. lib. 5. c. de Hipp. sobriet. ibi: Quare quidem meo iudicio in Orbe toto terrarum nulla gens est hodie Hispana, ita dicam, Christianior. Joan. Vascon. Belg. lib. 1. Chron. Hispan. c. 9. ibi: Fuit profectus Hispania Christiana Religionis semper observantissima, & Fidem Catholicam, quae semel imbuta, sincerissime usque coluit, hereticis infestissima Odoctr. in l. 2. C. de heret. his verbis: Pununtur suspecti heretos in religiosissimi Hispanie regni, vel hoc maximè bac tempestate triumphantibus, singulare laude dignis, quod nulla non solùm planè heres, verum nec suspicio quidem, sine digna, vel momento manet nota; & late prosecutus Simon. de Cathol. inst. tit. 3. n. 3. & 14. Camill. Bourrell. de prest. Reg. Cathol. c. 81. Valdesius de dignit. Reg. Hispan. cap. 20. a. n. 19. Greg. Lop. Madera in Monarch. Hispan. c. 6. fol. 46. & c. 112. a. n. 3. & novissime Fr. Joan. à Salazar in dict. Polit. Hispan. proprie. 3. & eruditissimus Petr. Ferdinand. Navarrete in praetato tract. de conservatione Monarch. disp. 7.
- Quod in f. Anglia, & Gallia regnis, quibus idem negotiorum committi posset, contra se habentes, quorū gentes variis, & nefariis hereticorum erroribus ut plurimum deturpata, loco veri, ac puri Evangelici seminis, infelix lolium, pravam, ac perdidit Lutheri, aut Calvinī doctrinam, sive mavis zizaniam, & steriles avenas inter rudes, & inermes Indos disseminarent. Unde Deus permisit, ut prædicti Reges Columbi promissi, qui a eos primum accessit, non assentirent, & t. 15 ut ipsorum, atque omnium hereticorum conatus, qui in has Novi Orbis regiones toties audacter ingredi tentarunt, haec tenet, Deo opitulante, evanuerint, nihilque profecerint. Quod idem p. 16 quoque & eleganter advertit Fr. Thom. à Jesu, ubi supra pag. 56. inquit, hoc ex eo provenisse, quod benedictione Romanorum Pontificum caruerint. Sim. Majol. in dieb. Canic. 1. tom. colloq. 20. de herbis, pag. mibi 449. & seq. ubi f. air, ex integrante hac infidelium conversione, quae in Novo Orbe per Hispanos Catholicos facta est, plures ibi Christo nomine dedisse, quām sit hereticorum numerus, qui in omni Europa à Fide Catholica defecerunt. Ac proprieate patet, Deo vero magis herere nos qui Catholicam fidem sequimur, quām hereticos, & quos Deum exosos 17. habere, & ab oviibus suis sejunctos, inde probati potest, quād in sua propaganda fide deditigatus est, quempiam sibi esse ministrum, qui aliquia heres fuerit contaminatus.
- Sunt enim ii f. adeo perfidi ut labruscas potius, quām veras vites novis Ecclesiæ plantacionibus inserentes carent, nullamque unquam regionem ad Christi fidem convenientes, sed potius jam conversos sua perfidia corripuerint, ut ita 19. valeant tantummodo ad perlundandas animas, ad salvandas autem nulla illis vis nulla sit concessa facultas.
- De quo argumento plura alia congerit Thom. Boci. lib. 2. de sign. Eccles. Det. c. 11. vers. Quam Tom. I. de Ind. jure.

vis sexto, & lib. 4. c. 1. & c. 3. & 9. in fin. & liber 10. c. 13. Pat. Franc. Suar. in defens. *Fidei contra seūt. Anglie. lib. 1. c. 16. n. 22.* & ante eos Tertul. lib. 1. de prescript. c. 42. dicens: *De verbō administratione quid dicam? cum hoc sit negotium illis, non Ethnici convertendi, sed nostros convertendi, ruinās quippe potius operantur stantum adiutorum, quam structionem tacentium ruinārum.* Et † Divus Hieronym. qui hac de causa hereticos deteriores omnibus infidelibus esse, in hæc verba restatur: *Facilius est furor Gentilium occurrere, raptosque populos à bestiali scientia ad Fidei pictaram predicando convertere, quam hereticum quemlibet sui perfidae dogmatis confidentem, ad fidem rectam revocare.*

**21** Quibus addere possumus, & gloriosissimos Hispanie Reges, quodammodo ab Ecclesia deputatos videri, ad fidei defensionem, & convertendas, & protegendas novas insulari, & infidelium nationes, ac sanctum Christi Evangelium per diversa mundi clima, & extremas, atque ignotas provinciarum plagas disseminandum, ut traditum. ubi sup. c. 41. n. 56. in fin. & c. 44. per tot. Ge-  
22 nebr. lib. 4. chron. 1. annot. 492. † ibi: *Quo anno bellum Hispanum perfectum est contra Mauros, eorumdem expeditio adversus Indos Occidentales cœpit, quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles & Paganos.*

**23** Et † Stanislaus Ossius Cardinalis Varmensis lib. 3. adversus prolegom. Brentii, ibi: *Nullum regnum est hoc nostro infelici seculo magis ab heresis inactum, quam sit, vel hoc solo nomine faciliissimum, Hispaniarum regnum, cui propter hanc in Fide Catholica constantiam, & ejus tuenda diligentiam, alias præterea multas felicitates Deus largitur. Quod ipse etiam Alexander VI. in Bulla concessione sepe testatur.*

**24** Unde † non potuit eidem Regibus hoc munus a Sede Apostolica denegari, ad quod ipsi se ultro offerebant, & multis ac magnis periculis, sumptibus, & expensis iam factis, novas indies se facturos pollicebantur, cum etiam nolentes invitandi, immo & compellendi essent.

**25** Maxime † cum Christianissimorum nomine jam inde ab Alphonsi temporibus gaudent, ad quem Joannes VIII. Pontifex Max. an. 853. duas cum hac inscriptione epistolam misit, quas ad literam refert Roder. Archiepisc. Tolet. in hist. Hispan. lib. 5. c. 17. & citat Camil. Borrel. d. c. 41. n. 43. Palac. Rub. de obtent. Regn. Navarre, 4. p. 26. §. 5. in fine. Ubi † addit. Gallia Reges, qui hunc titulum sibi soli præsumunt, non fuisse ratione regni. Christianissimos appellatos, sed propter imperium, quod olim habuerunt; unde postea exuti Imperio, illad relinquerent debuissent, nisi a Pio II. postea in persona Ludovic. XI. confirmatum fuisset, ut in ejus vita Philip. Commun. scriptum relinquit: & Mariana de reb. Hispan. lib. 26. c. 13. in fine.

**27** Et † Catholici etiam (titulo velut, hereditario) ipsimet nostris Reges dicantur, non solum a temporibus Ferdinandi, & Elizabeth, quibus hunc titulum idem Alexander VI. Summus Pontifex ob Mauros denum ab Hispania expulsos merito renovavit, sed a tempore Recaredi Gothorum Regis, qui in Concil. National. Toletan. ita appellatus fuit, eo quod primus fidem Catholicam

inviolabiliter custodivit, & totam Hispaniam ab Ariana heresi liberavit, sive, ut alii magis communiter putant, à tempore Alphonsi Regis Oveti, hujus nominis primi, qui fuit gener Pelagi, & hoc Catholici cognomine ab Ecclesia appellari coepit anno 734. & 740. quo nihil aliud significatur, quam Catholica, id est, universalis Ecclesia, & Christiana, & fidei conservanda, & propaganda zelus, & amor, quod semper flagrasse consipicuntur hereticis, & schismatis adversantes, qui hanc † vocem, *Catholicam*; in Ecclesia ferte, 28 non possunt, ut observat Alan. Cop. dial. 6. cap. 21. pag. 884.

Et de praedicto titulo, plurima ex authenticis historiis tradentes Archiepiscop. Tolet. lib. 2. cap. 15. & lib. 4. cap. 5. bistoria Palentina in Alph. 1. Lucas Tudensis in eod. Aera 776. bist. gener. Hisp. 3. p. 4. Vasces in Chron. Hisp. 1. tom. anno 589. & an. 737. Ambros. Moral. 3 p. hist. Hisp. lib. 13. c. 12. Mariana de reb. Hisp. lib. 7. c. 4. & d. lib. 26. c. 12. in fin. Hieron. Zurita 3. p. Annal. lib. 2. c. 4. Raphael Volater lib. 2. c. Saracenorum initium belli, ad fin. & in numero ali, quos diligenter congregat Camil. Borrel. d. c. 41. ex n. 48. & c. 42. per totum: Did. Vald. d. lib. de dig. Reg. Hisp. c. 13. per tot. Mader. in d. Monarch. Hisp. c. 12. Fr. Roder. de Yepes in Genealog. Reg. Hisp. in Alfonso I. Valenzuela in monit. contra Venet. 7. p. n. 106. Jacob. Gualther. in Chronograph. 8. seculo pag. 567. qui eundem titulum Galia quoque Regibus datum contendit, secul. 1. p. 697. & novissime Sim. Majol. in dieb. Canic. 4. tom. colloq. 5. pag. mibi 362. ubi disputat, an hic titulus major, & antiquior sit, quam Christianissimi, de quo France Reges gloriabantur? Doct. Salazar de Mendoza de orig. dign. Hisp. lib. 1. c. 6. p. 7. Fr. Joan. à Ponte in conven. utr. Monarch. in epist. ad Regum, & lib. 1. c. 3. pag. 14. Ubi † probat etiam appellari orthodoxos & defensores fidei (de quo titulo speciale) capit fecit Borrel. ubi supra c. 44. & Pet. Aznar. in tract. de Maur. expuls. 2. p. c. 25. & 26.

Ob quem fidel Catolice † zelum, eosdem Catholicos Hispanie Reges virtute expellendi demones à corporibus obcessorum, divinitus sibi concessa, gaudere, aperire testatur Carol. Tapias in rubri. de constit. Princip. cap. 1. n. 3. Casan. in Catal. glor. mund. 3. p. consid. 1. vers. Pro viu. Camil. Borrel. d. trach. de prest. Reg. Catb. c. 55. n. 2. Vald. ubi supra c. 16. n. 13. & Fr. Joan. à Ponte in d. conven. utr. Monarch. lib. 1. c. 6. pag. 13. Ut † sis Gallia, & Anglie Regibus non invideant, 33 qui juxta eosdem Autores, Polidor. Virgil. lib. 8. hist. Angl. & plures alios, quos ipsi recensent, & Alan. Cop. Dialog. 3. c. 28. p. 434. & seq. strummas (vulgo lamparones) curare solent, & † annulos benedicunt, qui morbum comitiam levem depellunt.

Præsentim † cum & hoc idem sanandi strumas divinum privilegium, etiam nostris Hispania Regibus concessum videatur, si credimus Pet. Ant. Beuter. lib. 2. hist. Hispan. cap. 50. quem refert Vald. & Puente ubi supra, qui Author est, Reges. Aragonia ægrotis prædicto strummarum morbo sepe salutem contulisse, sicut & illud aliud unctionis sacerdoti olei, de quo 34 etiam prædicti Gallia, & Anglie Reges nimis gloriantur, ut latissime, adductis pluribus exemplis Re-

## Liber II. Caput XXV.

Regum Hispaniæ, qui solemniter inuncti fuerunt probat Valdes. & alii ex supra relatis. Ambros. Moral. lib. 12. c. 41. 53. & 57. Petr. Anton. Beuter. lib. 2. c. 8. Hieron. Zurita 1. p. Annal. lib. 5. cap. 17. Garibai lib. 26. c. 1. & lib. 27. c. 1. & 4. Gars. de Loaisa, qui narrat hanc sacram unctionem in Ecclesia Toletana recipere solitos fuisse, in Synodo Tolet. sub Gundemaro fol. 277. & alia referens Simon Majol. d. colloq. 5. pag. 371. Ubi 35 † hoc iunctio passim omnibus Regibus Christianis commune fuisse ostendit ex c. 1. de sacra unctione, Clem. 1. de jur. jurand. cap. venerabilis, de electi. & ex traditis à Lactant. Firm. lib. 4. de vera sap. c. 7.

**36** Sed quoniam hic † heretici insurgunt, & dato quod Summus Pontifex poterit Reges Hispaniæ ad hanc Novi Orbis conversionem, & conquisitionem preficer, eum tamen impudenter irident, quod alios, ad has regiones accedere, & per haec maria navigare vertuerit. Videamus oportet, an hac in parte aliquid adferatur, quod magis ipsum procaciam excuserit. Et quidem juxta mentem P. Ferdinand. Rebello. d. lib. 18. q. ult. sect. 1. quem novissime referunt, & sequuntur August. Barbos. ubi supra num. 44. & seqq. & Benedict. Egidius in l. ex hoc iure ff. de just. & jur. c. 3. ex n. 13. & Freitas de Imp. Asia. c. 8. hæc pro illis argumenta considerari posse vindicentur.

**37** Primo, quia ex † Christi facultate omnibus Principibus Christianis fæs esse videtur, procurare infidelium nationum per se, aut per suos subditos conversionem ad fidem ut habetur Marc. ult. & latius ostendimus supra hoc lib. cap. 16. ex n. 11. Ergo non potuit, nec debuit hec cura solidis Catholicis Regibus cum aliorum inhibitione, & exclusione committi.

**38** Secundo, quia † commercium de jure gentium cum quibusvis nationibus videatur esse commune, ut etiam fuisse probavimus supra hoc lib. c. 20. ex n. 34. Et † idem in mari usu, & navigationibus probat celebris text. In fin. 1. inst. de rer. divisi. l. 2. ff. codem, l. 3. q. ult. ff. ne quid in loco pub. ibi: *Litora in que populus Romanus imperium habet populi Romani esse arbitrari, mari autem communem usum omnibus hominibus, cum aliis qua tradit Angel. ibid. num. 1. Bened. Bon. in tract. de censib. n. 40. Franc. Marc. q. Delphin. 110. num. 11. p. 2. & Camill. Borrel. in tract. de prest. Reg. Catb. c. 10. n. 4. unde Trajan. à Plin. in Panegr. Laudari vidimus quod reclusit vlas, portus patefecit, itineris terris, litoribus mare, litora mari reddidit, diversaque gentes ita commercio miscuit ut quod gentium esse usquam, id apud omnes natum esse videatur: contra vero Romanos à Germanis accusatos apud Tacit. 4. hist. quod colloquia congressuque gentium arcerent flumina, terras, & calum quodammodo ipsum clauderent.*

**40** Injuste ergo † Hispani alii gentibus prohibere videntur, ne cum Indis sua commercia, & negotiations exerceant; non minus quam si Galli Italii prohiberent, ne cum Hispanis commercium haberent, aut per eorum maria navigarent. Tertiò, quia si prædicta Alex. VI. concessio ad infidelium favorem, & utilitatem dirigitur, non debuit, adiecta hac prohibitione, in eorum Regum Hispaniæ, qui solemniter inuncti fuerunt probat Valdes. & alii ex supra relatis. Ambros. Moral. lib. 12. c. 41. 53. & 57. Petr. Anton. Beuter. lib. 2. c. 8. Hieron. Zurita 1. p. Annal. lib. 5. cap. 17. Garibai lib. 26. c. 1. & lib. 27. c. 1. & 4. Gars. de Loaisa, qui narrat hanc sacram unctionem in Ecclesia Toletana recipere solitos fuisse, in Synodo Tolet. sub Gundemaro fol. 277. & alia referens Simon Majol. d. colloq. 5. pag. 371. Ubi 35 † hoc iunctio passim omnibus Regibus Christianis commune fuisse ostendit ex c. 1. de sacra unctione, Clem. 1. de jur. jurand. cap. venerabilis, de electi. & ex traditis à Lactant. Firm. lib. 4. de vera sap. c. 7.

Qui omnes † concludunt, quod cum hac cura conversionis animatum, & errantium ovium ad Christi ovile deducendarum præcipue ad Summum Ecclesiæ Pastorem spectet, rectissime potest, pro † arbitrio suo, ea omnia disponere, & ordinare, quæ ad hunc finem consequendum magis conducere judicaverit, & inter Christianos Principes eamdem curam dividere, atque unicuique certos terminos præfigere, & assignare, quos postea sine iniuria aliorum transgredi non poterunt, & non solum prædicationem, sed etiam commercium in eisdem terminis interdicere, si hoc ita ad religionis christiana propagationem magis expediat. Hoc enim totum † ad Pontificem pertinet, re inquietu, tamquam ad principalem (ut sic dicam) motorem. Nam Reges sunt veluti organa, & instrumenta ejus, & id est nullus potest transgredi terminos sibi præscriptos, quia non potest moveri, nisi motus.

Pro cuius sententiæ confirmatione primò considerari potest, quod † pax inter Principes Christianos, & eorum ministros conservari non posset,

300 Joan. de  
si promiscue in eam leui curam intenderent, quantumvis pio animo, & ab omni divitiarum 48 cupiditate libero ducerentur, tū ut constare poterit ex ipso Castellanorum, & Lusitanorum exemplo, qui, quamvis ita Catholici essent, & maximis amicitia, & necessitudinis vinculis juncti, intestinis tamen odiois, & bellis flagrante coēperunt, ob id, quod alter alterum suos intrasse terminos quererabat, ut diximus, *suprà lib. I.*  
*cap. 6. ex num. 68.*

majores inter universas gentes, & nationes futuras, quibus semper tali aliquo auxilio, & natura 56 lis veluti repugnantia insita esse cognoscitur.

Secundo tū factū, quod experientia comparatum sit, signius ea geri, & curari solere, quæ pluribus commendantur, ut inquit text. juncta gloss. *in l. si plures, ff. de administr. tut. ubi illud vulgatum Carmen adducit:*

*Seigniūs expendiunt commissa negotia plures,*  
*Quicquā stamin cultum reūcūt in sociū*

49 Et multò melius † ex Apostolorum imitatio-  
ne, qui fecerunt facultatem sibi à Christo concessam  
haberent, Evangelii per universum terrarum Or-  
bem prædicandi, juxta illud Marci ultim. Euntes  
in universum mundum, predicate Evangelium  
omni creature. Et Luc. 10. Misit discipulos suos  
bius ante faciem suam in omnem civitatem, & lo-  
cum, quo erat ipse venturus. Adhuc tamen ex  
historia, & traditione Ecclesie novissim, post  
passionem Domini Apostolos ipsos inter se  
omnes orbis provincias sortitos, & paritos  
esse, & unanquamque in ea, que sibi ob-  
tigerant, prædicasse, neque unum (D. Paulo  
excepto) in provinciam alterius intrasse, ut plu-  
ribus ostendianus *suprad lib. 1. cap. 14. n. 81.* &  
latè prosequitur Fr. Joan. à Ponte in *conven. utr.*  
*Monarch. lib. 2. per totum;* & Fr. Joan. Baptist. in  
*advert. Confess. 2. part. fol. 412. num. 1.*

50 Et idem postea universalis Ecclesia in divisione Diocesorum, & Parochiarum constituit, nam semper cautione adiiciens, ne unus Episcopus, sive Parochus alterius fines, etiam praetexta Religionis ingredetur, c. l. & per tot. 9. q. 2. c. 1. 13. quæst. 1. cap. licet 16. quæst. 3. cap. 1. de prescript. cap. Pastoralis, de his quæ sunt à Praet. cum aliis.

51 Etenim † ubi multitudine ibi plerumque confusio est, l. 2. C. quando, & quib. quarta pars: Bart. in l. si tamen, S. si arbitr. de recep. arbitr. Bald. in l. solam, C. de testib. & in l. dicit opera. C. qui accusari non poss. & Panorm. in cap. 1. de judic.

52 Et tū cum naturalis sit inter homines ad dissentientium facilitas, l. item et si unus 19. S. principaliter, ff. de recep. arbitr. cum aliis 7. quae adduximus supra hoc lib. 2. cap. 14. num. 1. Satis constat, quan-

53 tū variis, & interdum contraria opinione, & majoribus Indi imbucentur, si adversariatum nationum, & provinciarum homines, & sub diversis Regibus, ac legibus vitam agentes, etiam omnes Catholici essent ad eorumdem Indorum con-

54 versionem & gubernationem delegarentur, † Nam unaquaque provincia abundant in sensu suo, cap. ius Quiritium, l. dist. cap. uitnam, dist. 76. l. obseruare, ff. de offic. Procons. & variis corporis, & animi affectionibus, & inclinationibus ducitur, & quod si nolit, s. qui mancipia, ff. de adil. edicti incolis alii sicut eleganter notat Aristot. lib. 3

junctis aliis quaque eleganter notat Aristot. lib. 3.  
Polit. cap. 10. Cicer. in orat. de Provin. Consulari  
Euphor. in leonibus omnium natio. Joan. Boëm. de  
morib. omnium gent. Tiraq. in l. 7. connub. n. 12  
& nobilit. cap. 12. Mantua in glossario, class. 17  
cap. 32. num. 1. & Claud. Pratus Gnos. gener. 11  
br. 3. tit. 4. cap. 3.

55 Et † cum communio etiam inter propinquas discordias generare soleat, l. cun pater, §. dulcis simis, ff. de leg. 2. cum aliis, quæ adduximus in pra hoc lib. 2. cap. 6. num. 70. plantum est, long

367

dictur in aut. res que, C. com de legat. & in l. unita, & penult. C. de caduc. toll. juncis allis, que late observat Jas. in l. Barbarius num. 32. ff. de offic. Praetor. & in l. cetera. S. sed & si quis, num. 2. ff. de legat. 1. Dec. in l. id quod nostrum, num. 3. de reg. iur. Joan. Corras. de iuriis artes, 1. part. cap. 23. & Andri. Gail. lib. 2. pract. obser-  
vat. 56. num. 3. & seqq. Anno 15. Mense Martio

65. Et praeceptum divenit, animalium conversionem curant, illud aliud vincit, & superaret, quod à jure gentium induxit marius navigationem, omnibus liberam facit, & commercia extra-  
nearum gentium cum Indis, & quibuslibet nationib-  
us admittit. Quod nemo mirari debet, cum  
frequentissimus sit ut vel ipsa cardinalia, sive  
primordialia iuriis naturalis praecepta aut cedant,  
aut cesserent & obliquentur, quoties cum aliis ex-  
accidenti colidunt, in quibus major & urgentior  
communis boni ratio, necessitas vel utilitas reper-  
iretur, ut pluribus exemplis ostendunt DD. in  
S. sed naturalia inst. de iur. nat. princ. inst. de  
iussicapl. 1. cas. ff. de cap. minut. 1. Stichum 95. S.  
naturalis. ff. de solut. & Per. Gregor. omnia vi-  
dendum Synstag. iur. part. 2. lib. 1. cap. 1. num.  
mer. 7. & 8. & eruditissimus Dom. Dc. Ant. Pe-  
char. Vinuersa ex primario Salmanticensis, schola  
Juris Civilis antecessore, nunc meritissimus  
Pincianus Praetorii Senator in repet. ad l. 3. C. de  
muri legul. lib. 1. num. 69. & seqg.

56. Et ita † in simili casu videmus, quod licet  
aves, & alia fera animalia jure gentium omnium  
communia esse dicantur, & primo capientibus  
quari *I. 1. ff. de acquir. rer. dom.* si tamen quis  
jus venandi, vel piscandi in certo loco sibi con-  
cessum vel prescriptum haberit, & alias ipsi pis-  
cari, vel venari voluerit, eum prohibere potest,  
& his, quæ cepit, privare, quia non efficiunt  
sua, sed illius, cui jus venandi competit, *I. Di-*  
*vus, & ibi Bart. ff. de servit. rustic. I. 2. ff. de ac-*  
*quir. rer. dom. & fore, initis. de rer. divis. & Ce-*  
*pola in traſt. de servit. cap. de aucupatione, quem*  
*vide.*

7 Et licet tū mercatores extranei, qui in aliquo  
loco diu morati sunt, ab eo sine causa expelli non  
possint, quia mundus communis omittit patria  
esse videtur: ante tamen quam ad dictum locum  
accedant, justè, & liberè ejus ingressu arceri, &  
prohiberi possunt, ex sola domini voluntate, aut  
commoditate, ut post alios, quos referat, resolvit  
Stracha de mercatura, 2. part. num. 33. & 34.  
Rebuff. ad leg. Gallic. 2. tom. tit. de mercatur,  
art. ult. gloss. unic. & Matienz. in l. 1.  
gloss. 1. num. 5. tit. 12. lib. 5. Recop.

Parumque considerable est, ac veluti se per  
8 accidens habet, quod <sup>t</sup> Indi aliquo majori lucro  
in emptione externarum mercium, & venditione  
suarum fraudentur. Nam forsitan omnibus genti-  
bus ad commercium admissis, ab eisdem expla-  
rentur, & ut concedamus minorem quantum ex  
sola nostrorum negotiatione facturos, eo con-  
tentи esse debent, ob alia ingentia commoda,  
qua praeextu nostrae detectionis, & communica-  
tionis, tot sumptibus, & laboribus reserata, habere cœperunt. Et ne hæreses, aut aliæ perver-  
se sectæ inter eos seminentur, vel arma, & alia  
damnosæ, & prohibita merces per extrancos ad  
illos asportentur.

in istis, 4. dist; & corūn quæ congerit Sotus libr. 1. de just. & iure quest. 2. aut. 4. Dueñas regal. 125. Covarr. in cap. Alma mater, 1. part. §. 10. n. 7. Navarr. in Man. c. 27. n. 2. 34. & 55. Quod t̄ quidem in nos trocas ad refugendum prædictæ censuræ rigorem objici non valebit, cum ejus series, ac tenor satis toti Orbi innotuerit: ut bene observat Freit. dīct. cap. 8. numeri. 21. & seq. teste enim Casiodor. lib. 11. vñ epist. 7. Pene quidem tervarum oculis offertur, quod in Romana civitate peragitur. Et quo magis innoscet, quotidie Reges nostri potentissimi current, hanc Alexandri concessionem & censuram alii Regibus & nationibus intimari, & t̄ innumeris schedulis, sub gravissimis poenis, & intermissionibus caveant, ne cuiuslibet sexus, atratus, aut conditionis persona, non solum alienigena, verum neque in Hispano orba, ad has provincias absque expressa, & speciali licentia transire audatur.

Quamvis t̄ quod ad Hispanos attinet, probabilius mihi videatur, eos in prædictam censuram nequam incidere, etiam si absque licentia transierint, cum aliis penit puniti possint & illæ Bullæ verba generalia sint, paulatim ramenacit, in parte ejus vigor remissus fuerit, imo & cotiter abrogatus, Hispanis omnibus communiter reputantibus, se ejusmodi excommunicatione non irriteri, & nostris Regibus, & eorum ministris illis executionem non procurantibus. Quod t̄ sufficiens esse ad vitandum legum rigorem, quæ continent poenas censurarum ipso facto incurvendas, aperte docet Abb. Panormit. in cap. 1. de tregua & pace. Sylvest. in sum. verb. Consuetudo, quæst. 6. & alii, quos refer, & sequitur. Avila de censuris, 1. part. dub. 8. pag. 11. & Card. Tusch. præc. concl. jur. lit. I. verb. Tolerantia, conclus. 324.

Quarum t̄ schedularum plurima reperiuntur in tom. 1. impres. ex pag. 396. & 440. & novissime expedita est alia data. Matrit. 20. Julii anni 1624. qua stricte jubetur, ut omnes, qui sine licentia transierint, inquirantur, & ad galcas, siue tritemes, absque aliqua dispensatione aut remissione mandentur. t̄ Quibus convenienter 1. 12. 79 tit. 10. lib. 5. & l. 5. tit. 18. lib. 6. Recop. quæ disertè prohibent, ne ullus alienigena in his Indiarum Regionibus per se, aut per interpositas personas negotiari, & commercia exercere valat. De quarum legum, & schedularum ratione & praxi, plura alio loco tradidimus.

Et in t̄ cisdem schedulis similiter disponuntur, ut quilibet navigia, & merces extraneorum, qui ad hæc Indiarum maria, coramque oras, & portus accesserint, apprehendantur, & fisci iuribus applicentur, ipsis t̄ transgressoribus alias Pyratarum poenis puniendis, qui hostibus fidelis, & Principis æquiparantur, & tamquam larones, & publicorum commerciorum turbatores, ipso iure diffidati sunt, & impugnare à quolibet deprendari, & occidi possunt. Et t̄ ex ore Pontificum quot annis in die Jovis Sancti excommunicari solent, ut constat ex l. 3. §. Labeo. ff. de incendio, ruin. naufr. authen. cassia & invita, C. de sacros. Eccles. autb. navigia; C. de furtis, cap. extomicationis de raptorib. cap. 1. de milite vassallo, qui contumax est, cum aliis, quæ ibi congerunt Bald. & ceteri, Bart. Soc. cons. 262. col. 2. vol. 2.

Que hic breviter adnotare necessarium du-

xii, eo quod nuper M. Gotthardus Arthusius tom. 15. Mercurii Gallo Belgio lib. 1. t̄ Holländis forsitan blandiens, vel extraneis alius nationibus imponere cupiens. Chermitius falso Limanæ urbis, & portus victorem enuntiat. Pro solito scilicet istorum Hæreticorum mōre, qui ut terigi sup. lib. 1. cap. 5. n. 48. & c. 8. n. 41. & lib. 2. c. 1. n. 49. cum nullam Fidei, vel veritatis rationem habeant, quidquid sibi commōdum, aut honorificum, vel Hispanæ gloria invidim & damnosum esse posse arbitrantur non solum scribunt, sed pingunt, & statim in vulgus spargunt.

Cujus rei expressiū aliud ejusdem temporis testimoniū adducere possum. Nam cūm universo planè Orb. notissimum sit, qualiter inde Hollandi viætricibus potentissimi nostri Regis, at 88 mis, t̄ Brasiliensi provincia ejeci fuerint, cuius præcipuum urbem, dictam, del Salvador y Babá de Todos Santos, occupaverant, & munierant, anno proximè elapso 1625, omnibus navibus, tormentis, armis, reliquisque rebus, quas secum

## LIBER TERTIUS, IN QUO TITULI, QUI AD RETENTIONEM pertinent, peculiari observatione discutiuntur, & illustrantur.

### CAPUT PRIMUM.

De justitia retentionis Novi Orbis, & an verum sit, quod Bodinus tradit Catholicos scilicet Hispanie Reges ob illius concessionem effecti fuisse sancta Romane Sedis vassalos, & feudatarios, & obiter nonnulla de feudis Ecclesiast.

### SUMMARIUM.

1. Acquisitio Novi Orbis si justa est, justior erit retentionis.
2. Facilius aliquid retinetur, quam de novo induciur, Et num. 7.
3. Fieri multa prohibentur, quæ fatigant, Ibidem.
4. Lex patre furioso, & alio similes illustrantur.
5. Actiones cui damus, multo magis exceptionem.
6. Jus quiescitum difficultius tollitur, quam querendum.
7. Retentionis, & conservationis causa favorabilis est.
8. Promptiora sunt iura in retinendo quam acquirendo.
9. Fabius aliquid prorogatur, quam de novo ceduntur.
10. Continuit, & conservatio aliquis rei est, magis naturalis, quam nova acquitatio.
11. Statutum quod prohibet acquisitionem, non prohibet acquisitionem retentionem.
12. Statutum loquens contra ingredientem possessionem non habet locum contra retinentem, Et quare.
13. Dubius in causis, vel opinionibus, post factum, quæ possessioni favet, secunda est, ibidem.
14. Regibus nostris Catholicis non solum cura conversionis Indorum, sed plena eorum dominatio ab Alejandro VI. concessa fuit.
15. Predicationis Evangelice manus per se habet annexam curam, & protectionem Indorum, absque alia concessionē Pontificis.
16. Romanus Pontifex bene potest concedere plenum jus ad terram infidelium.
17. Pet. Malferitus securè defendit Rom. Pont. potest pleno iure Christianis concedere terras infidelium.
18. Chaponis Episcopus reprehendit uero Malferito.
19. Marquardus de Surani plenam dominationem Indiarum nostris Regibus tribuit.
20. Rusticus Benzonius, & alii referuntur, qui plenum dominium Novi Orbis agnoscunt.
21. Dominum plenum Indiarum virtute concessionis Alexander VI. semper sibi Hispania Reges tribui ceterunt.
22. Titulus a Primordio posterior formatur eventus.
23. Titular præcedens talis præstabilitur; qualem præstans possessio demonstrat.
24. Posterior subsequens est titulorum interpretationis, & declarat, quid venit in concessione.
25. Majoratus institutio dubia in consuetudine, & modo successendi in eo, recipi interpretationem.
26. Contraferit decennali est interpretatione legum, prilegiorum, ac scripturarum.
27. Obseruantur interpretationes legum aut priorum legorum magnam vim habet, ibidem.
28. Alex. P. I. concessio necessaria cum omnimoda juris dictione, & dominatione intelligi debuit.
29. Ecclesiastico discipline, & religione potest secura esse inter Indos, sine seculari dominatione.
30. Status spiritualis non potest bene conservari sine tempore.
31. Monachis quælibet convar ex aristo culta sapientia Theologica, & potencia secularis.
32. Sermo idem ubi duas sententias exprimit et sumitur, que vel gerenda opinio est.
33. Lex quoties 67. ff. de reg. iur. explicatur, & illustratur.
34. Altius magis valeat, quam pereat, interpretatio sua menda est.
35. Intellexus rei gerenda opinio illa dicitur, qui magis

Tom. I. de Indiar. iure.